



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Annotationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

doctrinam, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores rueri, prauos corrigeri, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamq; accendere, & cetera ex visitantium prudentia ad fidelium fructum constituere. Hæc ibi.

6 Quærito: Quomodo? Respondebo fuisse in tota hac Praxi.

7 Quærito: Quando? Respondeo: ex Conc. Trid. loco cit. lugalis annis, vel saltē ut tota Visitatione biennio compleatur. & ibid. infra; quam celerrime: quod sacra Congregatio Conc. Trid. relinquit arbitrio Episcopi, quem admonet, debere tempus hoc esse moderatum, & discreturn, ne grauenetur visitandi. Prima tamen vice diligenter erit agendum: in reliquis non erit diutius immorandum.

His ergo positis Indices propono variis, ut brevius agam.

Index eorum, quæ spectant ad Episcopum Visitantem. §. I I,

- 1 Non modo deberit visitare loca, & personas, sed etiam praestare, quæ sequuntur.
- 2 Absoluere animas fidelium Defunctorum, ut in Pontificali;
- 3 Benedicere solemniter populo Visitando, ut in codem Pontificali, & cū Indulgentijs,
- 4 Sermonem habere ad eundem populum de Visitationis causa, fine, effectibus.
- 5 Missam celebrare, & distribuere sacram synaxum.
- 6 Ministrare Sacramentum Confirmat.
- 7 Consecrare Ecclesias, Altaria, Calices, benedicere paramenta, & alia Pontificalia facere, prout est opus.
- 8 Inuitare quoicumque ad suggestendum opportuna cum charitate, & veritate.
- 9 Non autem sub poena excommunicacionis ad reuelanda, quæ nonerint, quod retuit Sacra Congreg. Concil. vlt. Martij 1588.
- 10 Ad extraneos actus non diuertere, ut mouant eadem Sacra Congreg.
- 11 Mësa frugali vti, adhibita lectione illud ex Concil. Trid. loco citato, hoc ex decentia.
- 12 Cum paucissimis circumire, quorum opera celerius completi possit Visitatio.
- 13 Itinerarium recitare genibus flexis initio itineris à loco ad locum.
- 14 Orate Vespri publicè in Ecclesia ante reflectionem.
- 15 Visitare infirmos, & in pauperes erogare pecuniam ad edificationem.
- 16 A munieribus quibuscumq; abstinere,

17 Notario suo, aut Secretario vti, ad libitum, est declar. Congreg. Concil.

18 Procurationem debitam accipere, hoc est, victimum illius dici, quo visitant, ex Concil. loco cit.

#### ANNOTATIONES.

Circa decimum. Extraneos actus à Visitatione intellige, qui neq; attinent ad locorum, seu personarum visitationem Ecclesiasticam, neque ad functiones supradictas Pontificales.

Circa undecimum. Fugiat Episcopis hospitiorum, & eorum coniuncta, ex Pro. 4. Med. Circa 12. expedit, ut Episcopus assumat administratos, quos etiam mittere queat ad visitanda mentora loca, seu ad suppeditandas rationes dari, & accepti, ubi opus est, quare inter eos, esse poterit & economist domus Episcopalis, Theologus Episcopi, & Magister Cenoniarum, cum famulo à cubiculo, prater Archidiaconom seu Canonicum I.V.D.

Si plures assumat, quam solita procuratio yis sufficere possit, expendat Episcopus de suo, quod fuisse nocet ex Panor. Felic. in Man. Visitator. lib. 1. tit. 15. Decem persona computato Episcopo, & septem iumenta concedantur in Conc. Pro. 4. Mediol. inferioribus autem Visitatoribus non ultra octo personas, & sex iumenta, sed his inferioribus longè minor sufficere potest numerus.

Circa 16. Vil agut par. 1. in fine num. 21. citat Doctores, qui concedunt Visitatoribus ea munera, quæ comedenda, ac consumenda sunt ibidem, nee alio asportanda; ut ingum Domini sit suave.

Circa 17. Idem Vil agut concedit à Notariis moderatum aliquid recipi posse pro corum labore in scribendo, & transcribendo, si non recipient salarium de publico pro tali labore, & citat ibi S. Antoninum, & illud insert argum. à simili, quod à Concil. Trid. conceditur Notariis decima pars aurei pro dimissoriis litteris, &c. Verum non valet argumentum ab uno easu ad alium, in quo expresse Concilium prohibet, ne ipsi Visitatores, aut quisquam suorum quicquam procurations causa pro Visitatione, aut alio quovis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcumque sit, etiam qualitercumque effteratur, accipient: non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quid apertius? Zerola par. 1.V Visitatio idem docet.

Circa. 18. Vide varios modos procurationis exigenda, & penas dupli, & alias, inflictas yis, qui amplius acceperint, in Conc. Trid. scf. & c. cit.

cit. & Nau. in conf. 2. incip. utrum pœna statuta in cap. exigit de censibus in 6. sex notabilita affert. item Zerolam. vide par. 1. V. Visitatio §. 6. ubi excludit medicinas, sumptus eorum, plures procurations, si una die due visitentur Ecclesia, & loca pauperum, seu Ecclesia pauper, qua gratis sunt visitanda.

Praestari tamen debent vestura quoque eorum à Visitatis, ne dum eorum pabula, que semper dari solent, quando verò Episcopus eget, & alioquin impediretur Visitatio, ex Thes. Fori Eccl. par. 2. c. 16. n. 43. per sex. ibi cit. immo etiam diutius Episcopo praestanda erunt si adest consuetudo. ibid. n. 44. & 55. Quod attinet ad restitutionem duplice in c. exigit, renouatam in Conc. Trid. cit. ea erit intra mensam facienda, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesie, ab Episcopo; suspensionis ab officio, & beneficio ab inferioribus: alacris autem, suspensionis ab ingressu Ecclesie, & à communione Eucharistia, per extrau. Bened. XII. tit. de conf. donee duplex Ecclesie granata restituerint. ubi etiam habetur, quod Episcopus tenetur de facto famulorum suorum, si sciat, aut ratum habeat: neque vallet in his casibus remissio donantium villa. Excusat materia leuis, ex glo. in eod. c. exigit, ver. munera. & exemplificat in exportatione caponorum, caseorum, & flascorum vini, & similium, que neque mouent aliquem, neque faciunt (ait) donantem pauperiorem, tuius tamen virtualia tantum in proprio loco consumenda recipiuntur.

Index librorum, quorum lectione iuuati potest Episcopus in Visitatione. §. 111.

- 1 P Ontificale Romanum. tit. Ordo ad visitandas Parochias. par. 3.
- 2 Conc. Trident. less. 6. cap. 3. & 4:  
self. 7. cap. 7. & 8.  
self. 13. cap. 1.  
self. 14. cap. 4.  
self. 21. cap. 8.  
self. 22. cap. 8. & 9.  
self. 24. cap. 3. 9. & 10.  
self. 25. cap. 6.
- 3 Acta Mediolanensis Ecclesiaz. par. 4.
- 4 Concilium Tridentinum, & Praxim hanc Compendiariam.
- 5 Mariani Socini, & Franc. Pauini Tractatus de Visitatione.
- 6 Pauli Fusci Episc. Sarnensis, libr. duo de Visitat.
- 7 F. Feliciani Commissis Episcopi Manuale Visitatorum.

- 8 Annibalis Rochi Tractat. de Visitat.
- 9 Alphoni Vilagut Cassinensis Speculum Visitatorum.
- 10 Zerolæ pars prima Verbo. Visitatio, in praxi Episcop.
- 11 Azor. Institut. Moral. par. 2. lib. 3. c. 40.
- 12 Lucæ Ant. Restæ Directorum Visitatorum.
- 13 Michaelis Timothei Instructio Compendiosa Visitandi Ecclesias.
- 14 Dominici Zucchinetti Constitut. & Decreta. Conc. sex Piou. Mediol.
- 15 Pauli Salodij Praxis de Visitatione.  
Prædicti namq; auctores tradunt varias doctrinas, & instructiones pro formandis ritè opportunitis Decretis de unaquaque re Ecclesiastica; quarum epilogum, & compendiosam Methodum, a nemine adhuc tentatam, prope diem, Deo dante, dabimus in lucem.

Index præparandorum à Visitatore pro Visitatione. §. 1 V.

- 1 E Dictum generale proponitur pro generali Visitatione cum electione, & publicatione coadiutorum.
- 2 Præmonitiones fiunt per litteras ad Parochus, vt in Indice sequenti.
- 3 Ferat secum Decreta postremæ Visitationis, vt semper quartat, An executioni mandata.
- 4 Concilium Tridentinum, & Praxim hanc Compendiariam.
- 5 Pontificale Romana, cum Paramentis Pontificalibus, albi, & nigri coloris.
- 6 Decreta Provinciæ sue, & Synodi Diocesanæ, cum Edictis generalibus, &c.
- 7 Instructiones Fabricæ Ecclesiasticæ, si adfint.
- 8 Indicem librorum Prohibitorum.
- 9 Casus referuatos summo Pontifici, & Episco po.
- 10 Indices locorum, & personarum, quæ Visitationi subiaeant, vt infra. §. 6. & 7.
- 11 Libellos distribuendos de doctrina Christiana, & alios spirituales.
- 12 Nummislnata sacra à summo Pontifice benedicta, cereos Agnus Dei, sacras imaginæ, & eiusmodi ad pietatem excitandam.
- 13 Præmittat Episcopus, si opus est, Concionatores, Confessarios, & Cæremoniarum Magistrum.
- 14 Faciat sibi indicem præcipuarum quarundam rerum, de quibus interroget, ex Indice 9. 11.

Index